



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Innocentivs IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Litteræ Apostolice pro obmo

12 suram: & vestra inde deuotio dignis in Christo possit laudibus commendari: Alioquin sententias, A quas in rebellis, vel etiam negligentes, in hoc iudicem Inquisitores rite duxerint promulgandas, eas tamen habebimus, & faciemus auctore Deo usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, in uiolabilitate obseruari. Datum Perusij, v. Idus... Pontificatus nostri anno nono.

I N N O C E N T I V S . Inquisitores compellere possunt quo scilicet seculi magistratus per censuram ecclesiasticam, et iure seruare leges in haereticos latas, non obstante quouis priuilegio cuiuscunque tenoris, ut auctoritas eam

edita anno Do
mini 1253.

I N N O C E N T I V S . Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Priori prouinciali, & fratribus ordinibus Prædicatorum, Inquisitoribus haereticæ prauitatis, in Lombardia, Romaniola, & Marchia Teruifana, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivio
Inquisitionis
Bononiensis.

Adures nostras peruenit, quod nonnulli Nobiles, porestes, & alii de Lombardia, Romaniola, Marchia Teruifana, partibus, nolunt statuta nostra & Imperialia contra haereticos edita, in statutis ciuitatum & locorum, quibus praesumunt, facere scribi, neque ultra iuxta mandatum nostrum le obseruatuos eadem, & facturos pro posse ipsorum, ab huiusmodi ciuitatum & locorum hominibus obseruati, anagitur mandatum nostrum super hoc directum, per extenuacionem indulgentia, se priuilegij valeat impediri; discretioni vestra pet apostolica scripta mandamus, quatenus nobiles, portestes, & alios supradictos, ad executionem præmissorum, iuxta eiusdem mandati nostri tenorem, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compellatis. Non obstante aliqua fidei apostolica indulgentia, quibuscunque personis, sub qualcumque forma verborum concessa etiuscumq; tenoris exiftat quod excommunicari non possint, vel eorum terra supponie ecclesiastico interdicto, absque speciali eiusdem Sedis mandato, faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulgentia huiusmodi, & eorum nominibus mentionem. Datum Perusii, 4. nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno decimo.

I N N O C E N T I V S . Inquisitores cautionem pena pecuniaria exigere possunt a complicibus haereticorum redeuntibus de fide tenenda, & non redeundo ad priores vel similes errores.

edita anno Do
mini 1253.

I N N O C E N T I V S . Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Priori prouinciali ordinis Prædicatorum, & Inquisitoribus haereticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruifana, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivio
Inquisitionis
Bononiensis.

Zanch. de ha-
z. cap. §9.

CVM Venerabilis frater noster Albanensis episcopus auctoritate nostra super extirpatione haereticæ inter alia duxerit statendum, ut Inquisitores haereticorum in prouincia Lombardia, a creditibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus haereticorum ad obedientiam eccliesiae redeuntibus, sub pena pecuniaria cautionem exigenter, quod fidem catholicam firmiter teneant, & ulterius fauorem aliquem haereticis non impendant, & nos statutum huiusmodi approbaverimus, ex abundanti, ut firmior uester maneat in hac parte processus, prædicta vobis, & his quos in huiusmodi contigerit ministerio subrogari auctoritate præsentium duximus committenda. Datum Perusii, 4. Kalena Februa. Pontificatus nostri anno decimo.

I N N O C E N T I V S .

edita anno Do
mini 1253.

I N N O C E N T I V S . Archiepiscopi, & episcopi de panis pecuniarijs exactis ab illis, qui data cautione pecuniaria prouidetur mandatis eccliesiae, Inquisitoribus prouideant in expensis.

Ex Archivio
Inquisitionis
Bononiensis.

I N N O C E N T I V S . Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lombardia prouinciam constitutis, præsentes litteras inspecturis, Salutem, & apostolicam benedictionem.

CVM per nostras vobis mandemus litteras, ut haereticorum credentes, fautores, receptatores, & defensores, qui post prædictam cautionem, quod fidem catholicam firmiter teneant, & ulterius haereticis fauorem aliquem non impendant, in id quod abiurauerant, sunt relapsi: & quos in posterum relabi forte contigerit ad soluendam penam ab ipsis promissam, iuxta ordinationem venerabilis fratris nostri Albanensis episcopi auctoritate apostolica factam, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis: fraternitatibus vestras per scripta apostolica mandamus, quatenus de his quæ raliter recipere vos continget, dilectis filiis Priori prouinciali ordinis Prædicatorum & Inquisitoribus haereticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruifana, & substituendis eiusdem in expensis prouidere curatis ad Inquisi-

Officio sanctissimæ Inquisitionis.

13

Inquisitionis huiusmodi officium opportunis. Datum Perusij, v. Calen. Februa. Pontificatus nostri anno decimo.

INNOCENTIUS III.

Iubet obseruari leges Frederici in hereticos & eorum complices editas, quas nominatim inserit huic scripto, quibus pena varia in eos latet continentur; & multa Inquisitoribus priuilegia conceduntur, & plurima ad sacram Inquisitionis officium spectantia traduntur.

R INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs potestatis, consilijs, & comunitatis ciuitatum aliorumq; locorum Lombardie, Marchia Taruifana, ac Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Do
mini 1254.

C V M aduersus haereticam prauitatem quandam Fredericus Romanorum Imperator promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur compesci poterit pestis illa: nos illas volentes ad robur fido ac salutem fidelium obseruari, vniuersitatib; vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos presentibus, faciat singuli in vestris capitularibus annotati, contra haereticos secta cuiuslibet secundum eas exacta diligentia proceſſuri: Alioquin dilectis filijs Priori provinciali & Fratribus Inquisitoribus haeretica prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Taruifana, & Romaniola litteris nostris iniungimus, vt vos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota, compellant.

Tenores autem legum hi sunt:

F R E D E R I C V S D E I G R A T I A

Ex vetusto co-
dice manucri-
pto bibliothec-
æ Vaticanae,
Directorio Sa-
belliano par. 2.
fol. 710.

Correcta ad au-
thenticum exemplar.

Romanorum Imperator, & semper Augustus Hierusalem & Sicilie Rex, dilectis principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis & Episcopis, alijsque prelatis ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatis, Sculpetis, Burgauis, Aduocatis, Judicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per toum imperium constitutis, presentes litteras inspecturis fidelibus suis, Gratiam suam, & omne bonum.

O M M I S S I S nobis coelitus cura regiminis, & imperialis, cui dante Domino presidemus, fastigium dignitatis, materialem, quo diuinitati sacerdotio fungimur, gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium haeretica prauitatis exigut exerendum: vt perfidiae vipereos filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tamquam materni vteri corrosores in iudicio & iustitia prosequamur: maleficos viuere non passuri, per quorū scientiā seducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oves morbidas gravior infligitur corruptela. Statuimus itaque sancientes, vt haeretici quocunque nomine censeantur, vbiunque per imperium damnificant ab Ecclesia, & seculari iudicio assignati, animaduersione debita puniantur.

S I qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire volenterint ad fidei unitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum penitentiam, in perpetuum carcerem detundantur. Præterea quicunque haeretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis imperii per Inquisidores ab Apostolica sede datos, & alios orthodoxa fidei zelatores, hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos arctius custodire donec per censuram ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta & vitæ damnabant. Simili quoque pena plecti censemus omnes, quos ad fouendum haereticorum errorem, callidus hostis suscitat aduocatos: vel patillitos defensores; maxime cum facinus quos inquinat, æquat: nisi monitione præmissa delitentur, & eorum vita duxerint consulendum. Eos præterea qui conuicti in uno loco de haereti ad alia loca se transferunt, vt cauti possint effundere virus haereticæ prauitatis, debitam censemus subire vindictam: vt super hoc per viros ab eodem errore conuersos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de haereti conuicerunt (quod & in hoc casu concedimus licite faciendum.) euidentiæ testimonium habeatur. Item mortis sententia ducimus addicendos, si quos haereticorum ad iudicium traxos, in extrema vita periculo haeretim abiurantes, postmodum de falso iuramento constituit, & fide mentita conuinci, ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurtere recidivam: vt libi damnabilis iniquitas sit mentita, & penam debitam mendacium non evadat. Omne insuper proclamationis & appellacionis beneficium ab haereticis, receptoribus, & fautoribus eorundem peccatis amouemus: volentes vt de finibus imperij, in quibus semper debet existere fida fides, haereticæ